

~~...~~ ADAGIALIA anno 1638

# SACRA

## VETERIS ET NOVI

TESTAMENTI  
*Et de la Ebronia del Coll.º R.º de Salamanca*  
COLLECTORE AC INTERPRETE,

MARTINO DEL RIO ANTVERPIENSI,

Societatis IESV Sacerdote, & S. Scripturæ publico  
SALMANTICÆ PROFESSORE.

*Editio qua non antè lucem vidit. Cum Indicibus necessariis.*



LVGDVNI

Sumptibus Horatij Cardon.

MDCXII

Cum Privilegio S. Cesar. Maiest. & Christianiss. Franc. & Navarr. Regis.



---

A P P R O B A T I O.



I OANNES CLAVDIUS DEVILLIUS, in Sacra Theologia Magister, & diuini verbi Prædicator; in Sancti Pauli huiusce Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunensi Diœcesi, à Domino CLAVDIO DE BELLIEVRE, Illustrissimo & Reuerendissimo Archiepiscopo, Librorum Censor designatus: Fidem facimus nos hæc *Adagialia Sacra Veteris Testamenti*, à Reuerendo Patre MARTINO DEL RIO Societatis IESU Presbytero, Sacrae Theologiae Doctore, exposita, euoluisse: nihilque in ijs ab Catholica & Romana fide, & probis moribus alienum, non modò non contineri; sed elaboratum planè opus, multiiuga lectione, nobiliùmque Idiomatum scientia illustre, atque ob id Sacrarum literarum Studiosis esse perutile. Quare Typis & publica luce dignum meritò censuimus. Lugduni apud Sanctum Paulum IV. Id. Octobr. M. D C X I.

I. CL. DEVILLIUS.

---

R. D. D. ANTONII EMANVELIS CHALOMI  
*huius libri imprimendi facultas.*



ANTONIUS EMANVEL CHALOMVS in præfectura Lugdunensi Consiliarius Regius, in primatu Franciæ Iudex, & in Archiepiscopatu Lugdunensi Vicarius Generalis: Opus quod inscribitur, *Adagialia Sacra Veteris Testamenti*, Collectore ac interprete MARTINO DEL RIO Anzuerpiensi, Societatis Iesu Sacerdote, Sacrae Theologiae doctore, à Theologis recognitum vt in lucem edatur, facultatem concedimus. Lugduni 15. Iulij. 1611.

CHALOM V. G.





ADAGIALIA  
SACRA VETERIS  
TESTAMENTI.

*Qui haecenus adagia ediderunt, nullum ordinem seruarunt: visum commodius, Sacrae Scripturae filum in hoc labyrintho sequi, & per singulos libros procedentem, in his floriferis saltibus apiculae more singula delibantem, mellilegium facere, & suis cellulis fauam distinctum Lectori apponere.*

ADAG. I. EX CAP. II. GENESIS  
VERSIC. I.

*Caeli & terrae ornatus, siue  
militia.*

Canō generalis ad  
intelligenda  
proverbia.



**R**EMITTO regulam toto hoc opere necessariam, adagia potissimum esse petenda ex lingua primigenia seu originali, qua conscripti libri, ex quibus adagia colliguntur: prudentis verò interpretis esse, qui velit ea recte in alium sermonem transferre, auribus & consuetudini gentis cui transfert, versionem suam accommodare. Quod à LXX. interpretibus & vulgato nostro fuit accurate obseruatum. Nam ubi aduerterunt commodè Hebraismum, in

LXX. & vulgati. Sapientia in veteris Hebraeismis,

Latinum Graecumve sermonem migrare, cum retinere soliti; ubi verò durior aut obscurior fore videbatur, sententiam dumtaxat reddere consueverunt, rem acu perpetuo attingentes. Exempla passim hoc opus praebit plurima.

Isto loco, quia quod in Hebraeo est, השקים והארץ וכל צבאם HASAMIM VEAARES VECAL SEBAAM, *caeli & terrae & omnis exercitus eorum;* id Latine durius & caliginosius poterat accidere: quia forte aliquis suspicaretur, exercitum terrae ad homines, exercitum caeli ad Angelos restringendum; idcirco sapienter *ornatum*, Noster, λόγους LXX. verterunt: nempe ut intelligamus nullam ab imperatore peritissimo aciem melius unquam ordinatam, quam sunt à Deo in caelo & in terrae creaturarum ordines dispositi; nihil etiā illis cultius, pulchrius, aut perfectius; nihil promptius atque obedi-

Defensio versio.

Cur creatura vocetur ornatus.

A dientius